

Sandaft.

& præcincti candida uena traduntur, harumque igneus color ut superiorum est. Peculiare quidem quod iactatae in ignem uelut intermotu extinguuntur. Contra aquis præfusae exardeant. Cognata est huic Sandastros, quam aliqui garamantiten uocant, nascitur in India loco eiusdem nominis. Gignitur & in Arabia ad meridiem uersa.

Commendatio summa quod uelut in transluendo stellantes, intus fulgent aureae guttae, semper in corpore, nunquam in cute. Accedit religio narrata a syderum cognatione ab inspectoribus, quoniam fere stellarum hyadum & numero, & dispositione stellantur. Ob hoc a Chaldaeis in ceremoniis habite, & hic mares austeritas distinguit, quodam uigore apposita tingens. Indicæ quidem etiam hebetare uisus dicuntur. Blandior foeminis flamma, alliciens magis quam accensdens Sunt qui præferant arabicas indicis. Fumidoque chrysolito illas similes dicunt. Ismenias uero negat polliri sandastros propter teneritatem, & ob id magno errore sunt, qui sandareson uocant. Inter omnes constat, quantum numero stellarum accedat, tantum & præcio accedere. Affert errorem aliquando similitudo nominis. Sandaser quod Nicanor sandaserion uocauit, alij sandaseron

Sandaser

Qui